1375.[2] 1374. Ex Arch. Calvi Montis



132

Nos Pelka Judex et Marcus Subjudex Terrae Sandomiriens
Universis quibus expedit protestamur Quod cum honora-
bilis Vir Dnus Albertus Abbas Monasterij Calvi Montis
una cum toto Conventu accessisset ad nostram nostrorumque
Assessorum praesentiam. Honorabilem Virum Dnum Nico-
laum Canonicum Filium Heufrechii propter hoc quod
injuste ac false conscripserat literam super Haereditatem
ipsius vulgariter nuncupatam Braciejowice tandem post
multam controversiam in termino peremptorio et fina-
li parte ex utraque comparentibus praefatus Dnus Nicolaus
literam praetactam per ullum eventum potuit expurgan-
do clarificare contra praescriptum Dnum Abbatem et Con-
ventum. Nos vero considerata justitia ejusdem Dni Ab-
batis et Conventus praelibatam haereditatem Braciejo-
wice prout jacet suis in limitibus, late, longeque ac circum-
ferentialibiliter cum omni jure et Dominio, et cum univer-
sis utilitatibus, et in perpetuum adjudicavimus, literam
praehabitam, in qua praetacta haereditas, Braciejowice
fuit conscripta frivolam ac inanem et falsam reputan-
tes, ac ipsam reprobando lacerari ac annihilari mandavi-
mus, Domino vero Nicolao superius nominato propter
jamdictam Haereditatem Braciejowice querulari perpe-
tuum silentium imponentes. In cujus rei testimonium
nostra sigilla huic Literae sunt appensa Datt Sandomiriae
Colloquio in Generali in Crastino Corporis. Anno Dni Millesi-
mo trecentesimo septuagesimo Quinto Praesentibus his
Nobilibus Petro Sandomiriens Dobieslao Cracoviens Dnis
Palatinis Ottone Lubliniens Gowarcone Zawihostens Dnis
Castellanis, strenuo milite Dno Paszkosio Haerede de Smi-
grod Mathia Cancellario Dobrinensi et alijs quam plurimis
Fide dignis